De Prisciani studiis Graecis.

Accedit commentatiuncula de Priscianei de accentibus libri authentia.

Dissertatio inauguralis,

quam consensu et auctoritate amplissimi philosophorum ordinis in alma litterarum universitate Vratislaviensi ad summos in philosophia honores rite capessendos scripsit

Alfredus Luscher
Silesius

Die XXIX mensis Iulii a. MCMXI hora XII et dimidia disseret doctorandus in Aula Leopoldina
De Apollonii Dyscoli doctrina grammatica.
Deinde erit promotio.

Vratislaviae
M. & H. Marcus
MCMXI

De dissertatione probanda ad ordinem rettulit
Ricardus Foerster.

Dissertatio integra propediem prodibit in commentationum
quae inscribuntur
Breslauer Philologische Abhandlungen
fasciculo 44.

Examen rigorosum habitum est die I mensis Martii
a MCMXI.

Ricardo Foerstero

sacrum

Quantam auctoritatem inde ex eo tempore, quo Byzantium caput imperii Romani factum est, lingua Graeca antea repressa apud Romanos recuperaverit cum ex aliis [1]) tum e Prisciani scriptis apparet. Qui Latinae quidem linguae doctor erat Constantinopoli Latinoque composuit sermone Institutiones ac scripta minora, sed Graecos scriptores non minus respexit quam Latinos, praecepta non minus Graecorum quam Latinorum auctorum exemplis instruxit multaque protulit, quae ad Graecam pertinent linguam.

De huius grammatici studiis Graecis accuratius disserere mihi est propositum. Ac tripertitam faciam quaestionem ita ut primum quibus e fontibus hauserit, deinde qua ratione illis sit usus, tum quae fuerit eius linguae Graecae scientia exponam.

Pars I

De fontibus Prisciani.

Caput I

De Institutionum auctoribus.

Ac primum quidem de Graecis, deinde de Latinis auctoribus disputabo, quia Priscianum cum e Latinis tum e Graecis grammaticis hausisse satis ex iis apparet, quae in exordio Institutionum protulit [2]).

---

[1]) Anastasio imperatore (491—518) nummi Graecis signabantur litteris, Iustiniani „novellae" pleraeque Graece conscriptae sunt. Cf. Krumbacherum, Gesch. d. Byzant. Litt. [2], Mon. 1897 p. 4.

[2]) Prooem. 2 p. 2, 2 ed. Hertz: *conatus sum . . . supra nominatorum praecepta virorum* (id est Apollonii et Herodiani) . . . *in Latinum transferre sermonem collectis etiam omnibus fere, quaecumque necessaria nostrorum quoque inveniuntur artium commentariis grammaticorum . . .*

A. De Graecis auctoribus.

E quibus duos quidem „doctissimos viros“, Apollonium Dyscolum et Herodianum, quos summis extulit laudibus, praeter ceteros sequi animum induxerat, sed fontem primarium fuisse Apollonium ex Institutionibus satis superque cognoscere possumus. Consentaneum igitur est incipere me ab iis, quae deprompta sunt ex Apollonio.

§ 1. De Apollonio Dyscolo.

Qua in re in universum quidem licuit sequi Th. Matthiam, qui in commentatione inscripta „Zu alten Grammatikern“ [1]) diligentissime ostendit Priscianum per totam artem suam non solum ea, quae ad Graecam pertinent linguam, sed etiam omnia, quae et in Latina et in Graeca arte grammatica locum habent, ex illo transtulisse. Sed sunt vel adicienda [2]) vel mutanda vel accuratius dividenda. Itaque de singulis libris copiose mihi est disserendum.

a) De libris I et II.

Iam accedo ad libros I et II. Priscianus a voce orsus (lib. I 1 p. 5, 1) transit ad litteram (3 p. 6, 6) et syllabam (lib. II 1 p. 44, 1). Qua in re eum secutum esse Apollonium Matthias iam collegit ex his scholiorum in Dionysii Thracis artem verbis:

p. 4, 20 *ζητεῖται δὲ ἐνταῦθα τίνος ἕνεκα τῶν τεχνικῶν διαφόρως ἀρξαμένων οἱ μὲν . . . οἱ δὲ ἀπὸ φωνῆς ὡς καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Δύσκολος, οὗτος (Διονύσιος) ταῦτα παρεὶς ἀπὸ τοῦ περὶ γραμματικῆς ἤρξατο*

et ex Heliodori [3]) verbis: p. 482, 3 *Ἐπειδὴ ἐκ τῆς φωνῆς τὰ στοιχεῖα συνίστανται, στοιχεῖον δέ ἐστιν ἡ πρώτη καὶ*

---

[1]) Annal. phil. class. vol. suppl. XV (1887) p. 593—640. „Scholiorum in Dionysii Thracis artem grammaticam“ primum publici iuris factorum Bekkeri „anecdotis Graecis“ adhibui novam editionem curatam ab Alfredo Hilgardo in „Grammat. Graec.“ vol. III.

[2]) Quae asterisco sunt denotata.

[3]) Quem secutum esse prae ceteris scholiastis Apollonium Matthias eadem exposuit commentatione.

ἀμερὴς τοῦ ἀνθρώπου φωνή, ἀναγκαῖον ἡμᾶς περὶ φωνῆς πρῶτον διαλαβεῖν.

Quibus addo ea, quae Apollonius ipse protulit in libris, qui inscribuntur περὶ συντάξεως[1]).

lib. I cap. 1, 1 sqq. Ἐν ταῖς προεκδοθείσαις ἡμῖν σχολαῖς ἡ περὶ τὰς φωνὰς παράδοσις, καθὼς ἀπῄτει ὁ περὶ αὐτῶν λόγος, κατείλεκται. Ἡ δὲ νῦν ῥηθησομένη ἔκδοσις περιέξει τὴν ἐκ τούτων γινομένην σύνταξιν εἰς καταλληλότητα τοῦ αὐτοτελοῦς λόγου . . . ἤδη γὰρ ἡ πρώτη ῥηθεῖσα ἀμερὴς ὕλη τῶν στοιχείων τοῦτο πολὺ πρότερον κατεπηγγείλατο, . . . ἡ δὲ ἐπαναβεβηκυῖα συλλαβὴ ταὐτὸ ἀνεδέξατο, εἴγε αἱ ἐκ τούτων συντάξεις ἀναπληρούμεναι κατὰ τὸ δέον ἀποτελοῦσι τὴν λέξιν.

Neque eum in dispositione tantum sed etiam singulis in rebus usum esse Apollonii scriptis Matthias ex Prisciani verbis cum scholiis comparatis conclusit:

Pr. lib. I 1 p. 5, 1	∾[2])	schol. 181, 7
5, 5—6, 5	∾	„ 181, 10 sqq. (et 310, 24 sqq.)
quae sic divido		
5, 9	∾	181, 18; 310, 24, 26
5, 12—14	∾	181, 23; 310, 33—36
2 p. 5, 14 sqq.	∾	181, 20—24; 310, 31—33
5, 15	∾	181, 19
6, 4	∾	181, 33:
*3 p. 6, 7—11	∾	316, 29 + 31, 10—18
4 p. 6, 14—22	∾	196, 35—197, 11 (et 318, 38; 324, 35).
*6, 23—24	∾	319, 32 (et 323, 37)
6, 25 sqq.	∾	32, 14—20 (et 323, 33—324, 7).
5 p. 7, 6 sqq.	∾	32, 20 sqq.
*6 p. 7, 24	∾	34, 6
7 p. 7, 27—8, 8	∾	184, 3 sqq.
8 p. 9, 5—8	∾	198, 10—15
9 p. 9, 13 sqq.	∾	201, 7
p. 9, 18—21	∾	201, 1 sqq.

[1]) Grammatici Graeci. Part. II vol. II Apollonii Dyscoli de constructione libri IV ed. G. Uhlig Lips. 1910.

[2]) Signo = significo locos verbis et sensu congruere, signo ∾ locos sensu quidem congruere, verbis autem discrepare.

10 p. 9, 22—29 ∾ 41, 17 sqq. (et 201, 22)

*11 p. 10, 5 *l (et) r, quae modo longam modo brevem post mutas positae in eadem syllaba faciunt syllabam. his quidam non irrationabiliter addunt m et n, quia ipsae quoque communes faciunt syllabas post mutas positae, quod diversorum confirmatur auctoritate tam Graecorum quam Latinorum. Euripides in Phoenissis* (v. 542) *Ἰσότης ἔταξεν κἀριθμὸν διώρισεν. Idem in iisdem* (v. 582)[1] *Ἀπωλόμεσθα, δύο κακὼ σπεύδεις, τέκνον . . .*

invenitur tamen m ante n positum nec producens ante se vocalem more mutarum. Καλλίμαχος (fragm. 27 Sch.). *Τὼς μὲν ὁ Μνησάρχειος ἔφη ξένος, ὧδε συναινῶ* (cf. p. 23, 10).

schol. 350, 28 *Πῶς οὖν, φασίν, τὸ μ καὶ ν κοινὴν ἐποίησαν ἐν τῷ τὼς μ. ὁ. Μ. ἔ. ξ; Πρὸς ὅ φαμεν ὅτι ἄφωνον πρὸ ὑγροῦ τουτέστιν ἀμεταβόλου εὑρίσκομεν κατὰ σύλληψιν, οὐδέποτε δὲ πρὸ ὑγροῦ ὑγρὸν εἰ μὴ μόνον τὸ μ ⟨πρὸ⟩ τοῦ ν . . .*

Neque Euripidis versus, quamquam in scholiis non exstant, ad Apollonium referre dubito, cum inter omnes satis constet scholiastarum excerpta persaepe tam exilia esse, ut quae ab antiquis grammaticis erant prolata, frustra in illis quaeramus. Atque Apollonium praebuisse huiusmodi exempla verisimillimum est, cum Priscianus in ea parte libri II, in qua Apollonium secutus syllabam tractat, eosdem attulerit versus[2] nec solum repetitos ex libro I sed additis verbis *in tertio Αἰτίων.*

12 p. 11, 1 sqq. ∾ schol. 34, 27 sqq.

23 p. 18, 5 *In b etiam solet apud Aeoles transire F digamma, quotiens ab ϱ incipit dictio, quae solet aspirari, ut ῥήτωρ βρήτωρ dicunt, quod digamma nisi vocali praeponi et in principio syllabae non potest.*

25 p. 19, 18 *unde Aeoles loco, ut diximus, aspirationis digamma ponentes in dictionibus ab ϱ incipientibus solent loco digamma β scribere, indicantes debere praeponi digamma quasi vocali: sed rursus quasi consonanti digamma in eadem syllaba praeponere recusantes commutabant id in β, βρήτωρ βρόδος dicentes. Sed apud Graecos haec littera, i. e. ϱ̄, multis modis*

[1]) Ed. Wecklein Lipsiae 1900.
[2]) 12 p. 52, 1 sqq.

fungitur loco vocalis, ut in declinatione nominum in ρα et in α purum desinentium . . . ut ὥρα ὥρας, σοφία σοφίας . . . Cf. Apoll. *περὶ ἐπιρρημάτων* p. 157, 20[1]) *διὰ τοῦτο βρόδον φασὶ (οἱ Αἰολεῖς) καὶ βρίζα καὶ βρυτῆρες.*

p. 163, 20 *καὶ ἕνεκα τούτου τὸ ῥᾶ τὸ β προσελάμβανε παρ' Αἰολεῦσιν.* schol. 468, 24 *βρυτὴρ, βράκος, βρόδον.*

50 p. 37, 9 ∾ 39, 1—23
37, 13 = 39, 25
51 p. 38, 11 (*Π* 35) = 350, 5
53 p. 39, 18 sqq. (∾ „Part." 33 p. 467, 18 sqq.) = Ap. *συντ.* I 10 p. 10, 5 sqq. *ἀντ.* 87, 5[2])
39, 25 (*Ξ* 1) = schol. 209, 21.

Ad eundem refero Apollonium, quae protulit Priscianus

*43 p. 33, 23 *illi* (Graeci) *enim s̄ sequente nunquam x praeponunt sed k pro ea, ut ἔκστασις.*

Nam eandem regulam invenimus in libro II 11 p. 51, 1, quo loco Latinos impugnat auctores:

In x nulla syllaba terminat in media dictione nisi in compositis a praepositione ex, quae integra manere potest sequente c vel p vel q vel s, ut quibusdam placet . . . sic enim placet iis, qui de orthographia scripserunt, quamvis euphonia et ratio supra dicta de litteris secundum Graecos abicit s antecedente x.

Ac quia Priscianus persaepe[3]) Apollonio auctore ceteros grammaticos impugnat, eum hoc quoque loco idem fecisse concludo. Alia Graeca ea de causa ex Apollonio fluxisse persuasum habeo, quod eaedem res, cum tractaret *στοιχεῖα*, sine dubio ei erant proferendae.

*23 p. 17, 17: *[hoc tamen etiam per alias quasdam consonantes hiatus vel euphoniae causa solet fieri, ut prodest . . .], quod Graeci quoque solent facere μηκέτι, οὐκέτι.*

*44 p. 34, 14 *non potest duplicari consonans alia subsequente*

---

[1]) Grammatici Graeci vol. I [Apollonii scripta minora continens] ed. Ricardus Schneider Lipsiae 1878—1902.

[2]) Grammat. Gr. vol. I.

[3]) Cf. part. III cap. II § 4.

consonante quomodo nec antecedente, nisi sit muta ante liquidam . . . quomodo et apud Graecos, συγγνώμη, φθέγμα.

*52 p. 38, 16 *oe . idem patitur* (i. e. corripitur) *apud Graecos. Aeschylus Ἴστρος τοιαύτας παρθένους λοχεύεται*[1]. Quae omnia ad Apollonium referre non dubito. Insunt tamen in libro I permulta alia ad Graecam linguam imprimis ad dialectos pertinentia, quae an Apollonio tribuenda sint, dubitationi obnoxium est. Laudat enim Priscianus in libro I bis Varronem:

7 p. 8, 2 *Varro in II de antiquitate litterarum*

39 p. 30, 15 *Varro in primo de origine linguae Latinae.*

Ac Varronem res Latinas a Graeca lingua et maxime a dialectis Graecis derivare studuisse inter omnes satis constat facileque intellegi potest ex illius „de lingua Latina“ libris. Ac verisimillimum est Varronem idem fecisse in libris a Prisciano laudatis. Quo accedit quod per totum librum I „antiquos“ [2] laudat Priscianus, qui a Varrone sescenties commemorantur [3]. Quamquam quae a Prisciano sunt prolata Apolloniana esse puto has ob causas: primum locis supra allatis nonnulla, quae de Graecis dialectis profert Priscianus, ex Apollonio sunt deprompta; deinde in Apollonii quae supersunt scriptis et in scholiis perscrutandis non pauca inveni, quae cum rebus a Prisciano tractatis consentiant; tum Apollonio in libro, qui erat *περὶ στοιχείων*, multa erant dicenda de dialectis Graecis. Contra Papirianus, quem fontem primarium Latinum libri I fuisse infra [4]) docebo, tantopere Graecis rebus operam non navavit. Quibus expositis, quae Priscianus ex Apollonio hausisse videtur, affero:

---

[1]) Aesch. *Νιόβη* fr. 155 ed. Nauck [2]. Cf. Hephaest. enchiridion p. 3, 14 (ed. Consbruch Lipsiae 1906) et commentarium Georgii Choerobosci in Hephaestionem p. 190, 6 sqq. (eiusd. ed.).

[2]) P. 6, 13; 9, 31; 11, 5; 11, 8; 11, 22; 14, 5; 15, 6; 17, 2; 18, 12 et 16; 19, 8; 23, 2; 24, 6; 24, 15; 25, 15 et 16; 25, 23; 26, 18; 26, 25; 27, 10; 27, 17; 29, 6; 30, 4; 30, 13; 31, 18; 32, 1; 35, 2; 35, 15 et 18; 35, 25; 36, 12; 36, 18; 37, 1 et 3; 37, 10; 39, 8 et 11.

[3]) Nec tamen credo Priscianum ipsum inspexisse Varronis libros; qua de re infra part. I cap. I B § 2 g. copiosius disseram.

[4]) Ibidem.

*31 p. 24, 9 . . . *et Dores τὺ*[1]) *pro σὺ, Attici autem θάλαττα pro θάλασσα et Θρῆττα pro Θρῆσσα et ἧττον pro ἧσσον et ξύμμαχος*[2]) *pro σύμμαχος.*

*34 p. 26, 18 *transit o in e*[3]) . . . *in quo Aeoles sequimur; illi enim ἐδόντα pro ὀδόντα dicunt.*

*37 p. 28, 6 *pro o quoque ōv solent frequenter ponere Graeci οὖρος οὖλος pro ὅρος ὅλος, νοῦσος νόσος dicentes.*

*41 p. 32, 16 . . . *Dores; illi enim ὄρνιξ*[4]) *dicunt pro ὄρνις . . . 33, 1 adeo autem cognatio est huic litterae cum aspiratione, quod pro ea in quibusdam dictionibus solebant Boeotes h ponere, muha pro musa dicentes.*

*51 p. 38, 5 *illi* (Aeoles) *enim νύμφαις pro νύμφας et φαῖσι pro φασίν dicunt.*

*53 p. 40, 1 *aufertur ei* (i. e. ei dipthongo) *altera vocalis sequente ē, more Attico*[5]), *ut poeta pro ποιητής et poema pro ποίημα; nec non pro ωι dipthongo Graeca nos oe ponimus ut κωμῳδία comoedia τραγῳδία tragoedia dicentes . . . hoc tamen quoque ad imitationem Boeotorum*[6]) *solemus facere.*

*54 p. 40, 11 . . . *Aeoles; illi enim τῷ Δημοσθένη dicunt pro Δημοσθένει et ἦπον pro εἶπον*[7]).

*41, 8 *illi enim* (i. e. Dores) *solent ei dipthongo abicere i.*

Transeo ad ea, quae dixit de $\overline{\varepsilon\iota}$ et ē p. 40, 12: *Et nos plerumque, cum ei apud Graecos sit pura paenultima in illis*

[1]) Cf. Ap. συντ. 23, 2; Meisterum „de dialectis Graecis" I p. 122; Ahrensium „de Graecae linguae dialectis" Gott. 1843 II p. 59 sqq.

[2]) Schol. 464, 711 *Ἀτθὶς τρέπει τὸ σ πῇ μὲν εἰς τ: θάλαττα, πῇ δὲ εἰς ξ: ξυμφορά.*

[3]) Schol. 470, 19 *Αἰολεῖς γὰρ τὴν ὀδύνην ἐδύνην λέγοντες . . . καὶ τοὺς ὀδόντας ἐδόντας.* Meister I p. 45; Hoffmann „De dialectis Graecis" II 310 sqq.

[4]) Inveniuntur ὄρνιχος, ὄρνιχι, ὄρνιχα, non tamen nominativus ὄρνιξ, quare hunc a grammaticis fictum esse Ahrensius suspicatus est l. c. II p. 243.

[5]) Schol. 331, 20 *Ἀττικοὶ δὲ πολλάκις αὐτῶν (διφθόγγων) τὸ δεύτερον ἀφαιροῦνται τῶν φωνηέντων, τὸ κλαίειν κλάειν καὶ τὸ ποιεῖν ποεῖν . . . λέγοντες.* Cf. Kühner Blass I p. 137.

[6]) Cf. Ahrens I p. 193.

[7]) Quae de ἦπον et εἶπον profert, a vero non aliena esse censet Ahrensius I p. 90. Idem docet Aeoles Δημοσθένη pro Δημοσθένει scripsisse posteaque ι omisisse videri. l. c. I p. 99. Cf. Hoffmannum l. c. II p. 439; 441.

maxime femininis, quae per adiectionem assumunt α apud Graecos, mutamus ει in ē productam ut Δηιόπη, Δηιόπεια Deiopēa, Καλλιόπη[1]*, Καλλιόπεια Calliopēa . . .*

*55 p. 41, 13 *In masculinis quoque ei pura in ē longam convertitur: Ἀχίλλειος Achilleus, Ἀλφειός Alpheus, σπονδεῖος spondeus.*

Quae ideo ad Apollonium refero, quod eaedem res et exempla repetuntur in libro II p. 71, 1 *et quia apud Graecos in multis ei dipthongus ante os invenitur, scire debemus, quod solent Latini eam modo in ē longam convertere, ut Πυθαγόρειος Pythagoreus, σπονδεῖος spondeus, Ἀλφειός Alpheus . . . hoc autem facere solent Latini us pura sequente, vel a vel um, ut Ἀχίλλειος Achilleus, Δηιόπεια Deiopea, γυναικεῖον gynaeceum. hanc autem mutationem ei dipthongi in e longam faciunt more Ionico vel Attico — illi enim ᾔδην*[2]*) pro ᾔδειν dicunt et μῆον pro μεῖον et πλῆον pro πλεῖον . . .*

*lib. II 47 p. 73, 10 *Est autem quando abiectione ī ē correptam ponunt ante us, ut Hectoreus, Agnoreus, in quo similiter Ionas sequuntur. illi enim quoque abiciunt i in huiuscemodi nominibus, si non genetivus primitivi par sit nominativo possessivi. quare Ἀχίλλειος dicunt, ne, si Ἀχίλλεος dicant, putetur primitivi genetivus.*

Haec ex Apollonio fluxisse persuasum habeo. Primum enim in illa parte libri II, quae est de patronymicis, possessivis etc., multa insunt Apolloniana; deinde exempla a Prisciano prolata saepissime inveniuntur in scholiis, ut: 223, 26 *Πυθαγόρειος*, 487, 12 *Ἑκτόρειος* et *Ἑκτόρεος* (cf. 214, 24 et 468, 1) *Αἱ ἐξαιρέσεις τοῦ ι ἐκ τῆς ει διφθόγγου Ἰώνων εἰσίν, οἷον: Ἑκτόρεος χιτών.*

Tum verba *et plerumque . . . Graecos* ex Graeco sermone esse translata concludo ex Herodiani verbis[3]): II 451, 15 = 514, 4 *Τὰ διὰ τοῦ εια παρώνυμα . . . θηλυκὰ δίφθογγον ἔχει οἷον: Πηνελόπη Πηνελόπεια, Καλλιόπη Καλλιόπεια . . . Εὐρώπεια.*

[1]) Cf. 32 p. 24, 17.
[2]) ᾔδη vel ᾔδην dicebant Attici.
[3]) Ed. Lentz. Lips. 1868.

Quibus expositis accedo ad librum II atque affero Apolloniana:

1 p. 44, 1 sqq. ∾ schol. 48, 13 – 15, *346, 10 (Heliodori!) [1]
44, 2 ∾ *344, 31, Ap. *συντ.* c. 4 p. 4, 3—4
45, 5 ∾ 346, 13
*11 p. 51, 10 ∾ schol. 346, 25.

Quoniam certa Apollonii vestigia deteximus in ea parte, quae est de syllaba, verisimillimum est Priscianum ex Apollonio delibavisse, quae profert *8 p. 48, 13 *Graeci . solent loco n ante γ vel κ vel χ positae hanc (g) ponere: ut ἄγγελος* [2], *Λογγῖνος, ἄγκιστρον, Ἀγχίσης.*

*9 p. 49, 17 *n in r convertitur; nec mirum, cum apud Graecos auctores artium (!) hoc idem soleat fieri, ut: συρρέω, συρράπτω* [3]), *συρρήσσω, συρρήγνυμι.*

Iam me converto ad cetera, quae ex Apollonio sunt hausta:

14 p. 53, 8 ∾ schol. 56, 15 sqq. 56, 24; 56, 30; Ap. *συντ.* 2, 9 et 3, 1
15 p. 53, 28 ∾ schol. 57, 6 sqq. Ap. *συντ.* 2, 11 sqq. *schol. 214, 5
*p. 53, 29 sqq. ∾ 213, 6 sqq.
54, 1—4 ∾ 57, 12—21.

p. 54, 5—55, 3 [4]) ex Apollonii libro *περὶ μερισμοῦ τῶν τοῦ λόγου μερῶν* conscripto esse deprompta Matthias docuit (p. 596).

Praeterea congruunt:

18 p. 55, 6 sqq. ∾ 214, 17; 215, 26—216, 7,

quae sic divido:

55, 6 ∾ 215, 26

---

[1]) Impugnat hoc loco Heliodorus Tryphonem, id quod saepius Apollonium secutus fecit. Cf. Matthiam p. 600.

[2]) Quae exempla ex Apollonio fluxisse mihi persuasi, quia Priscianus in libro I p. 30, 7 sqq. secundum Latinum auctorem — laudat enim Varronem — eandem rem tractat, sed ex parte alia affert exempla atque omnia Latine scripta.

[3]) Quod affertur in schol. 349, 2.

[4]) Cf. *schol. 517, 33 sqq., 519, 19 sqq., 520, 23 sqq.

55, 8 ∾ 215, 28
—, 10 ∾ —, 30
—, 13 ∾ 216, 1
—, 19 *quod est suum pronominis* sine dubio translatum est ex Graeco sermone [1].

19 p. 55, 20 ∾ Ap. *συντ.* c. 75 p. 64, 2 sqq. c. 76 p. 60, 3—4, c. 77 p. 66, 3 sqq. *ἐπιρρ.* 134, 22; 164, 29 sqq.
20 p. 56, 3 ∾ schol. 216, 4
56, 12 ∾ „ —, 2
21 p. 56, 16 ∾ „ —, 5
22 p. 56, 29 ∾ Choeroboscus [2] Prol. p. 105, 23
57, 1 ∾ schol. 216, 25
28 p. 60, 6—18 ∾ 233, 24 sqq. [3]
60, 19—27 ∾ 235, 9—36

in his:

60, 6—7 ∾ 233, 30
—, 7 ∾ —, 31
—, 20 filius ∾ 235, 9 *υἱός* [4]
—, 20—21 ∾ —, 13
—, 21—22 ∾ —, 15—17
—, 25 dies nox ∾ 235, 19 *νύξ, ἡμέρα*

30 p. 61, 9—20 Apollonius et Herodianus laudantur.

Ac Priscianum ad librum de pronomine [5] respicientem sese applicavisse ad Apollonium Matthias suo iure est opinatus [6]. Nec dubito quin Priscianus in sequentibus rebus hunc secutus sit. Nam primum eandem praebet dispositionem quam scholia [7]:

32 p. 62, 15 sqq. de patronymicis ∾ schol. 220, 22 sqq. 365, 20 sqq.

[1]) Cf. part. II cap. I § 3.

[2]) Grammat. Graec. part. IV vol. I Lips. 1889 ed. Alfredus Hilgard.

[3]) Matthias scripsit: 60, 6—27 ∾ 235, 9—36.

[4]) Eisdem igitur exemplis est usus atque Apollonius.

[5]) L. XIII 32 p. 21, 11 sqq.

[6]) P. 611. Cf. part. II cap. I § 1.

[7]) Quae cum Dionysium Thracem non impugnent, Apollonius eodem ordine usus esse videtur.

40	p. 68, 15 sqq. de possessivis ac gentilibus	=	schol. 223, 8 sqq. 369, 25 sqq.
lib. III 1	p. 83, 1 de comparativo	=	„ 225, 4; 371, 10
18	p. 94, 15 sqq. de superlativo	=	„ 225, 26; 373, 24
26	p. 101, 2 sqq. de diminutivis	=	„ 226, 13; 374, 31
lib. IV 1	p. 117, 1 sqq. de denominativis	=	„ 228, 4; 376, 25.

Deinde permulta ita congruunt cum scholiis, ut ex eodem fluxisse fonte id est Apollonio censenda sint.

32 p. 62, 15 sqq. ∾ schol. 220, 22 sqq.

35 p. 65, 12—16 ∾ schol. 221, 3 sqq.

Ac vero definitionem femininorum patronymicorum Apollonii esse scholia confirmant [1]:

38 p. 67, 14 ∾ schol. 222, 3

Feminina vero patronymica vel in is, vel in as desinunt vel in ne productam. fiunt autem a masculinis subtracta de in is vel in as desinentia, ut Priamides, Priamis, Dardanides, Dardanis, Peliades Pelias. igitur Aeneades quoque . . . Aeneas debet facere . . . non Aeneis.	*Θηλυκῶν δὲ τύποι εἰσὶ τρεῖς, ὁ εἰς ις οἷον Πριαμίς, ὁ εἰς ας, οἷον Πελιάς, ὁ εἰς νη οἷον Ἀδρηστίνη. Τὰ εἰς δης ἀποβάλλοντα τὸ δὴ ποιεῖ θηλυκόν. Τανταλίδης Ταντaλίς, Πελιάδης Πελιάς, Αἰνειάδης Αἰνειάς. καὶ ἔδει ἐπιγράφειν Αἰνειάδος οὐχ Αἰνεΐδος . . .*

Οὕτως ἀπὸ τῶν εἰς δης ἀρσενικῶν σχηματίζουσιν τὰ θηλυκὰ πατρωνυμικὰ οἱ περὶ τὸν Ἀπολλώνιον!

Quae cum ita sint, alia quoque de patronymicis prolata ad Apollonium esse referenda persuasum habeo, praesertim cum plurima Prisciani exempla in scholiis invenerim. Affero igitur ut Apolloniana:

*33 p. 63, 2: *inveniuntur nomina formae patronymicorum significatione denominativa: Euripides* [2]) *ab Euripo . . . sunt*

[1]) Cf. Matthiam p. 597.

[2]) Cf. schol. 365, 31.

autem alia, quae cum sint in aliis patronymica, in aliis accipiuntur propria, ut Timarchides, Timarchi filius et Timarchides proprium . . . Heraclides patronymicum et proprium.

*36 p. 65, 18 (cf. schol. 221, 24 sqq.; 367, 6 sqq.). *Si nominativus Graecus in ας vel in ης vel ιος desinat, genetivus vero in ου dipthongum, ā paenultima brevis ante des invenitur: Pelias, Peliades, Aeneas, Aeneades, Menoitios, Menoitiades . . .*

*p. 66, 6 (cf. schol. 221, 29). *In es . desinentibus, quorum genetivus Graecus in ου desinit, tam in ades quam in ides inveniuntur apud auctores: Hippotes Hippotades, Butes Butades, Corynetes, Corynetides . . .*

37 p. 66, 12 *alio vero in ου apud Graecos terminantia genetivum vel in ος vel in ους . vel ως mutant eas in ides et faciunt patronymicum: Πρίαμος Πριάμου Πριαμίδης*[1]. *Νέστωρ Νέστορος Νεστορίδης, Πλεισθένης Πλεισθένους Πλεισθενίδης, Πηλεὺς Πηλέως Πηλεΐδης et per synaeresin ē et ī in ei proferunt paenultimam.*

*p. 67, 2 (cf. schol. 221, 8 sqq.). *Inveniuntur tamen poetae in quibusdam addentes quasdam litteras vel adimentes; addentes ut Peliades pro Pelides, Chalcodontiades pro Chalcodontides . . . adimentes: Deucalides pro Deucalionides . . . excipiuntur autem haec, quae contra regulam paenultimas vocales producunt: Aeclides, Demades . . . pro Demeades, Codrides, Lycoorgides Lagides, Belides, Eucrides etiam et Lycomedides, apud Graecos contra regulam paenultimam dipthongum habent.*

*39 p. 68, 5 (cf. schol. 229, 4 et 369, 9 sqq.). *In ne autem desinentia, quae sunt Iadis linguae, patronymica eiusdem generis* (feminini) *ī longam habent paenultimam, si principale non habuerit eandem ī vocalem, ut Adrestos Adrestine, Nereus Nerine; si autem principale habuerit ī, o producta ante ne invenitur: Acrisios, Acrisione . . . et sciendum, quod inveniuntur multa eiusdem formae gentilia, ut: Haemonis, Thessalis, Colchis, Argolis, Ias, Troas, alia vero propria: Bacchis, Doris, Pythias.*

[1]) Cf. „Part." 75 p. 476, 18; 199 p. 508, 4.

*43 p. 69, 20 (cf. schol. 370, 21—371, 4). *Sunt igitur formae possessivorum, quas a Graecis accepimus, hae:*

in cos, quam mutamus in cus antecedentibus ă brevi vel ī vel ȳ: Bebriacus, Cypriacus, Italicus, Asiaticus, Libycus, . . . etiam a derivatis derivantur huiuscemodi possessiva nomina: Troos, Troicus, grammatos grammaticus, rhetoros rhetoricus, Persis Persicus, Asiatis Asiaticus, Creta Creticus, Afri Africus, Italus Italicus, Cyprius Cypriacus, nam Cyprus Cypricus facit, Ilium Iliacus.

*44 p. 70, 9 (cf. schol. 370, 21 sqq.). *In us quoque puram desinunt possessiva tam Graeca quam Latina antecedente ē correpta et producta, ī correpta, ō producta, ae vel oe dipthongo . . .*

ē longam: spondeus, Phoebeus, ō longam: Eous, ae: Sabaeus, Cretaeus, Ptolemaeus — haec autem ae dipthongum habent paenultimam, quae a femininis in ē longam apud Graecos desinentibus vel quae a verbis Graecis derivantur circumflexis, ut Crete Cretaeus, Ὕλη Hylaeus, Dione Dionaeus, πτολεμῶ Ptolemaeus, τιμῶ Timaeus — oe antecedente, ut Eubœa, eurœa . . .

*49 p. 74, 19 ∾ schol. 279, 10

. . . contra Dores solent ei in ai dipthongum convertere, ut αἴ κέ[1] *ποθι Ζεὺς pro εἴ κε et αἴθε* pro *εἴθε.*

Τὸ εἴθε κοινόν, τὸ δὲ αἴθε Δώριον. — 431, 15 *Τοῦτο τὸ αἴθε Δωρικώτερον.*

Ea quae dicit de gentilibus

59 p. 79, 11: *gentilia. apud Graecos in της desinentia mutata es in a accipiunt nus: Μητροπολίτης Metropolitanus Νεαπολίτης Neapolitanus* 63 p. 82, 3 *Νεαπολίτης Neapolitanus, Τριπολίτης Tripolitanus* . . . ex Apollonio esse deprompta pro certo dicere non audeo, cum ita sint Latinis rebus circumclusa, ut vel ex Latino auctore hausta vel a Prisciano ipso comparata esse possint[2]).

---

[1]) Α 128, δ 34, μ 215, χ 252.

[2]) Part. III cap. III § 5.

b) De libro III.

In libro III dispositionem Apollonii esse servatam supra iam exposui ac definitiones omnes ex Apollonio esse translatas Matthias ostendit [1]). Respondent enim:

lib. III 1 p. 83, 2 ∾ schol. *372, 8
2 p. 83, 17 sqq. ∾ „ 534, 10
18 p. 94, 15 ∾ „ 225, 29
26 p. 101, 3 ∾ „ Dion. Thr. [2]) 28, 6; schol. 226, 13.

Quibus alia addo, quae ex Apollonio hausta esse persuasum habeo:

*4 p. 84, 12 sqq. ∾ schol. 372, 2 sqq.; 535, 15 sqq.
*5 p. 85, 16 sqq. ∾ 372, 18; 537, 10.
*15 p. 92, 18 *Est quando comparativus ad comparativum comparatur, ut fortior Achilles Hectore, fortiore Patroclo. Homerus in α Odysseae* (v. 163 sqq.) —
Εἰ κεῖνόν γ' Ἰθάκηνδε ἰδοίατο νοστήσαντα — Πάντες κ' ἀρησαίατ' ἐλαφρότεροι πόδας εἶναι — Ἢ ἀφνειότεροι χρυσοῖό τε ἐσθῆτός τε. Qui versus inveniuntur in Apollonii syndesmico p. 223, 13 [3]). —
*26 p. 101, 6 ∾ schol. 539, 19
*p. 101, 17 sqq. ∾ „ —, 20 sqq.

Ac verisimile est Apollonio deberi, quae proferuntur 21 p. 97, 22 . . . *nec mirum, cum apud Graecos quoque inveniuntur huiuscemodi, ut Aristoteles ἀπὸ τοῦ ἔσχατος ἐσχατώτατος dixit, cum ἔσχατος sit superlativus*, praesertim cum haec verba vix e Capro fluxisse Ieepius [4]) docuerit.

c) De libris IV et V.

In libro IV [5]), qui est de denominativis, perpauca deprompta sunt ex Apollonio ut:

[1]) P. 597.

[2]) Matthiae opinato Apollonium Dionysii definitionem probasse ideoque recepisse assentior, praesertim cum scholia eandem afferant definitionem nec vituperent Dionysium.

[3]) Grammat. Gr. vol. I.

[4]) Philol. N. S. XXII p. 5.

[5]) Matthias p. 597.

1 p. 117, 1 sqq. ∾ schol. 228, 4 sqq.; *540, 3 sqq.
p. 117, 17 ∾ „ 540, 15.

Iam transeo ad librum V, qui est de generibus atque affero, quae ex Apollonio sumpta sint vel esse videantur[1].

*1 p. 141, 5 ∾ schol. 361, 29
p. 141, 14[2]) ∾ „ 218, 22; 525, 23.
p. 172, 2—5 ∾ „ 545, 7 sqq.
p. —, 6 sqq. ∾ „ 230, 24; 231, 21; 548, 2 quo loco Apollonius laudatur!
56 p. 177, 10 ∾ „ 378, 3; 379, 14; 544, 18. *Figura . . . est vel simplex vel decomposita, quam Graeci παρασύνθετον vocant, id est a compositis derivata.*

„Quem terminum ab Apollonio si non inventum, at certe usitatiorem redditum esse“ Matthias docuit[3].

Ac p. 177, 15 Prisciano praesto fuisse Graecum auctorem id est Apollonium, apparet ex verbis *quod suum est compositorum*[4].

p. 177, 15 sqq. ∾ 378, 7 sqq.
58 p. 178, 16 ∾ Dion. Thr. p. 30, 1[5]

*p. 180, 12 sqq.: . . . *Si duo sint nominativi, ex utraque parte declinatur compositum, . . . quod Graeci nunquam faciunt in compositis. dicunt enim oportere compaginem, qua cohaerent in compositione dictiones, immobilem manere . . . nec mirum apud nos per singulos casus nomina componi, cum apud illos quoque inveniuntur etiam verba quaedam, quae per diversa tempora componuntur, ut καταγράφω κατέγραφον, ἀναγινώσκω ἀνεγίνωσκον; nam si a praesenti καταγράφω dicam nasci κατέγραφον, incipit labefactari compago compositionis.*

Quo loco Priscianum esse secutum Apollonium apparet. Nam eandem rem eademque exempla affert in l. VIII 87 p. 439, 22 Apollonio laudato, qui de compositione verborum disserit

---

[1]) Cf. Matthiam p. 597.

[2]) Hanc definitionem ex Graeco sumptam esse auctore ex vocabulo *articuli*, quod adhibet Priscianus, facile intellegitur; cf. Matthiam l. c. p. 597.

[3]) Stud. Lips. VI p. 11.

[4]) Cf. part. II cap. I § 3.

[5]) Quo de loco idem mihi est dicendem quod de p. 101, 3. Cf. § 1 b.

συντ. IV c. 32 p. 461, 13 sqq. iisdem verbis[1]) usus, quibus Priscianus.

68 p. 183, 20 ∾ 230, 21; 383, 3
p. 184, 1—3 ∾ 231, 23—27; Choer. 109, 29 sqq.
p. 184, 6—26 ∾ Choer. 341, 24 sqq.
72 p. 185, 11—12 ∾ schol. 231, 16; 383, 26
p. 185, 14 ∾ „ 231, 28
*p. 185, 23 ∾ „ 231, 31
*p. —, 15 ∾ „ 232, 3
*76 p. 186, 1 ∾ „ —, 8
74 p. 186, 13—26 ∾ Choer. 111, 25—112, 31

*75 p. 187, 10 . . . *[quamvis hunc* (ablativum) *quoque] a vetustissimis Graecorum grammaticis accepisse videntur. qui sextum casum dicebant οὐρανόθεν, ἐμέθεν, σέθεν, ἕθεν, qui profecto ablativi vim possidet: nam etiam praepositionem assumit ut ἐξ ἐμέθεν*[2]), *ἐξ οὐρανόθεν Homerus: (Ἐξ ἐμέθεν γάρ φασι κάκ' ἔμμεναι* (A 525 + α 33).

De vi syllabae θεν uberrime disseruit Apollonius ἐπιρρ. p. 184, 12—186, 24.

p. 187, 17—188, 22 ∾ schol. 230, 37—231, 15.

d) De libris VI—VIII.

In libro VI unus locus spectat ad Apollonium.

*p. 213, 10 = lib. XIII 29 p. 19, 19 sqq. = Ap. ἀντ. 26, 22 sqq. *unde quidam indocti pronomina esse* (aliud, quid) *putaverunt. sed ipsa significationis ratio et omnes Graecorum doctissimi haec nomina esse comprobant . . . latius autem de his in pronomine disseremus.*

In libro VII cum nihil sit depromptum ex Apollonio, transeo ad librum VIII, qui est de verbo. Ac Prisciano librum VIII conscribenti praesto fuisse Apollonii ῥηματικὸν ex ipsius verbis apparet:

lib. VIII 87 p. 439, 22 . . . *idque ita esse confirmat Apollonius, summus artis auctor grammaticae, docens in I de verbo immobilem figurationis iuncturam manere, et separatim confir-*

[1]) Cf. IV c. 36 p. 465, 3; c. 42 p. 469, 3 sqq.

[2]) Similia protulit ex Atticismis in lib. XVIII 173 p. 287, 10 sqq. et „de metris fab. Terent.“ 2 p. 418, 22 sqq.

mans componi *τὸ καταγράφω καὶ κατέγραφον, ἐπιγράφω ἐπέγραφον* *et his similia, quaecumque intus habent declinationem* . . .

Nec pauca esse Apollonianae doctrinae ex aliis Prisciani et Apollonii libris concludendum est.

1 p. 369, 1 et 16 ∾ schol. 71, 23 sqq., quo loco Apollonius laudatur.

*7 p. 373, 10 = l. XVIII 127 p. 267, 9—10 (*διάθεσις*) = Ap. *συντ.* III c. 30 p. 296, 1 sqq.

p. 373, 17—25 ∾ Ap. *συντ.* III c. 170 p. 417, 3 sqq.

*13 p. 378, 11 (*αὐτοπάθεια*) 26 p. 394, 5 30 p. 397, 5 72 p. 427, 19 XVIII 135 p. 270, 14	∾	Ap. *συντ.* III 150 p. 397, 6 sqq.
*24 p. 391, 12	∾	Ap. ibid. 166 p. 413, 5
38 p. 405, 16	∾	schol. 249, 22
39 p. 405, 20 sqq.	∾	„ 249, 33 sqq.
406, 6 instans	=	249, 33 *ἐνεστώς* pro praesenti
*41 p. 406, 20 sqq.	=	XVIII 74 p. 238, 12 = Ap. *συντ.* III 101 p. 357, 11 sqq.
*42 p. 407, 22 sqq. 43 p. 408, 21 sqq.	∾	Ap. *ἐπιρρ.* p. 202, 10; *συντ.* III 29 p. 295, 1 sqq.
*50 p. 413, 28 sqq.	=	XVIII 57 p. 232, 10 ∾ Ap. *συντ.* III 161 p. 408, 8
51 p. 414, 19 sqq.	∾	schol. 250, 26; 249, 33; 404, 11 sqq. (Heliodori)
in his: 414, 9—11	=	„ 250, 10

p. 414, 14 *sum., quod ὑπαρκτιὸν*[1]) *Graeci vocant, quod nos possumus verbum substantivum nominare.*

p. 414, 21—415, 10	∾	schol. 250, 26 sqq.
p. 414, 26 Stoici	=	„ 250, 26 *Στωικοί*
p. 415, 11	∾	„ 250, 4
p. 415, 23—416, 15	=	„ 249, 19; Ap. *ἐπιρρ.* p. 124, 21

[1]) Qui terminus apud Latinos grammaticos non usitatus sine dubio translatus est e Graeco auctore i. e. Apollonio, qui persaepe eum adhibet, ut *συντ.* I c. 107 p. 89, 15; c. 136 p. 112, 5 etc.; cf. Pr. lib. XI 4 p. 550, 9—10.

55 p. 416, 27 ∾ schol. 251, 20 sqq.
*60 p. 419, 22 sqq., „Part.“ 54 p. 471, 20 sqq. ∾ schol. 345, 26.
In ea parte, quae est *de modis* congruunt:
*63 p. 421, 17 ∾ schol. 245, 3—4; 399, 30—31; 400, 28
p. 421, 21 sqq. ∾ Choer. 6, 9 sqq., *schol. 400, 2 sqq.
p. 422, 5 ∾ Ap. *συντ.* III c. 62 p. 327, 13
64 p. 422, 6 sqq. ∾ sch. 400, 5 sqq.
p. 422, 9 „ ∾ „ 400, 9 „
p. 422, 13 (= 423, 26) ∾ sch. 400, 12
p. 422, 14 (= 424, 8) ∾ „ 400, 18
p. 422, 16 (= 424, 12) ∾ „ 400, 19—23
422, 26 sqq. ∾ Choer. 6, 11 sqq.

*66 p. 423, 9 sqq. ex Apollonio fluxisse inde colligo, quod congruunt cum 101 p. 448, 11—14 et l. XII 13 p. 584, 11 sqq. = Ap. *ἀντ.* 18, 9—19, 8, quo loco Priscianus se Apollonium sequi ipse dicit: *melius igitur Apollonius . . . praepositis personarum definitionibus est usus.*

p. 423, 13 *et quod causa naturaliter ante causativa, quae αἰτιατά*[1]) *Graeci vocant, esse solet.*

*72 p. 427, 10 sqq. (de specie verborum) ∾ sch. 247, 14; 401, 35.
*81 p. 434, 20 (de figura) ∾ schol. 247, 17 sqq.; 402, 21 sqq.
*83 p. 436, 14 = 87 p. 439, 22 = Ap. 461, 15; 469, 3 sqq.
101 p. 448, 11 sqq. (de personis) ∾ schol. 248, 6 sqq.
—, 11—14 ∾ *ἀντ.* 18, 9—19, 8.
—, 15—24 ∾ *ἀντ.* p. 23, 6 sqq., 24, 26 sqq., p. 52, 3 sqq.
—, 24—27 ∾ *ἀντ.* 19, 9—26
102 p. 449, 6—11 ∾ *συντ.* 359, 5 sqq.
—, 11—15 ∾ „ 366, 1 sqq.
p. 449, 15 sqq. = l. XVIII 71 p. 237, 6 = Ap. *συντ.* III c. 105 p. 360, 6 sqq.

[1]) Sic scripsi cum cod B, quia terminis non usitatis Graecos addere consuevit Priscianus: ut 177, 10 *Figura . . . decomposita, quam παρασύνθετον Graeci vocant* p. 427, 19 *intrinsecus natam passionem, quam Graeci αὐτοπάθειαν dicunt.* Atque hunc terminum (*causativa*) a Prisciano pro *αἰτιατά* adhibitum esse apparet ex l. XVI 6 p. 96, 23 *causativa i. e. res ex causa antecedente evenientes.*

p. 449, 18—21 ∾ Ap. *συντ.* 362, 3 sqq.; 363, 3 sqq.
*450, 2 sqq. ∾ schol. 242, 18 (= 201, 16); 242, 10 sqq.
p. 451, 1 sqq. (de numero) ∾ schol. 242, 35; 402, 27
*105 p. 451, 6 sqq. ∾ Ap. *συντ.* III c. 33 p. 299, 13 sqq.

Ac nescio an Apollonium inspexerit sequentibus locis, quamquam similia non inveni:

*4 p. 371, 5 *Inconsonantia, quam Graeci ἀσυμφωνίαν vocant.*

*10 p. 376, 9 *προσωποποιία id est poetica conformatio.*

*104 p. 450, 9 *pluit. tonat . . . possunt etiam in prima inveniri persona et secunda per poetarum προσωποποιίας id est conformationes vel per responsa dei et per apostrophas.*

Quos terminos eodem affert modo quo ceteros ex Apollonio depromptos.

*p. 432, 21 *et sciendum, quod frequenter apud Graecos ex nominibus dignitatum solent derivari verba, quae actum vel administrationem ipsius dignitatis significent, ut: οἰκονόμος οἰκονομῶ, πρύτανις πρυτανεύω.*

*p. 434, 1 *artium vero nomina . apud Graecos pleraque . . . post verba naturaliter sunt accipienda.*

*p. 440, 14 *verbum autem vel participium nec apud Graecos ullum compositum . . . extremam partem servat immobilem, ideoque semper in compositione extremam partem sibi defendit ipsum verbum et participium, quippe quod ex eo nascitur.*

e) De libris IX—XI.

In libris IX et X cum nihil insit, quod ad Apollonium possit referri, progredior ad librum XI, qui est de participio.

Quo in libro se secutum esse Apollonium ipse dicit Priscianus 1 p. 548, 1 sqq. *Qui tertio loco participium posuerunt, rectius fecisse videntur. cum enim nomen et verbum primum et secundum tenuerunt locum, participium, quod ex utroque nascitur, sequentem iure exigit. quaesitum est tamen, an bene separaverint id ab aliis partibus grammatici et primus Trypho, quem Apollonius quoque sequitur, maximus auctor artis grammaticae. Stoici enim quomodo articulum et pronomen unam partem orationis accipiebant, infinitum articulum vocantes, quem grammatici*

articulum, eique adiungentes etiam infinita nomina vel relativa, quod etiam Didymus facit tractans de Latinitate (finitum autem articulum dicebant idem Stoici, quod nunc pronomen vocamus finitum, quod et vera ratione solum pronomen est dicendum . . . -sic igitur supra dicti philosophi etiam participium aiebant appellationem esse reciprocam id est ἀντανάκλαστον προσηγορίαν, hoc modo: legens est lector et lector legens . . . vel nomen verbale vel modum verbi casualem . . . ideo autem participium separatim non tradebant partem orationis, quod nulla alia pars orationis semper in derivatione est nullam propriam positionem habens, nisi participium; ceterae enim partes primo in positione inventae sunt, ad quam etiam derivativa aptantur.

Ac cum Priscianum usum esse Apollonii libro, qui erat περὶ μετοχῆς, Matthias multis comprobaverit argumentis, Apolloniana attulisse satis habeo.

3 p. 549, 20 *quod in primitivis et in sua positione non inveniuntur participia, videntur Stoici bene fecisse. sed rursus prohibet ea esse nomina temporum diversorum*[1]) *assumptio, quae fit in propriis transfigurationibus ad similitudinem verborum. sed si quis dicat, quod nomina quoque multa inveniuntur tempus significantia, respondebimus, quod hoc interest inter participia et nomina temporalia, quod nomina illa nihil aliud significant nisi ipsum tempus per se, ut annus . . . nec in propriis sunt transfigurationibus, participia vero actionem vel passionem aliquam in diverso fieri tempore demonstrant, non tempus ipsum per se, et quod eos sequuntur casus, quos et verba, ex quibus nascuntur, et quod verborum significationes habent et quod pro verbo ponuntur. quorum nihil est suum nominis.*

Quae ex Apollonio hausta esse colligo his de causis: primum Priscianus Stoicos impugnat, id quod brevi ante Apollonium secutus fecit; deinde terminos technicos apud Latinos grammaticos inusitatos affert, quorum unus *propriae transfigurationes* Apollonii est proprius[2]); denique verba p. 549, 18 *quod suum est adverbiorum* et p. 550, 3 *quorum nihil*

[1]) Cf. Choer. p. 296, 29; 297, 9 (Gr. Gr. IV 2) *διαφόρους χρόνους.*

[2]) Cf. schol. 71, 25 et 29 *ἐν ἰδίοις μετασχηματισμοῖς* = Choer. p. 296, 30; 297, 9. Matthias p. 601.

est suum nominis translata esse ex Graecis: *ὅτι ἴδιόν ἐστιν ἐπιρρημάτων; ὧν οὐδέν ἐστιν ἴδιον ὀνόματος* verisimillimum est [1]).

p. 550, 5 sqq. ex Apollonio hausta esse apparet ex verbis: *per compassionem, quam Graeci συμπάθειαν vocant* [2])

et 4 p. 550, 17 *sed de his . . ., cum de dispositione vel constructione partium orationis scripserimus id est περὶ συντάξεως, exponere latius conabimur.*

Quo loco respiciens ad libros de constructione (id est XVII et XVIII) futurum alterum sine dubio ex Apollonio transscripsit, qui saepius futurum III posuit pro futuro I [3]), ut: *ἐπιρρ.* p. 121, 4 *Ἐντελέστερον δεδείξεται ἐν τῷ περὶ συντάξεως.*

5 p. 551, 4—11 ∾ Choer. p. 297, 13 sqq.

*8 p. 552, 24 sqq. *verbum . . . intransitivum, id est ἀμετάβατον . . . nam μεταβατικὰ dicuntur, id est transitiva . . .*

*12 p. 555, 13 *nisi si ipsa in sese faciat, id est κατὰ ἰδιοπάθειαν proferatur; tunc enim utimur consuetudine transitivorum, quae ἀλλοπάθειαν significant.*

31 p. 568, 17 = p. 177, 11.

f) De libris XII—XIII.

De libris XII et XIII, qui sunt de pronomine, non multa verba mihi sunt facienda, cum Priscianum in illis usum esse Apollonii *περὶ ἀντωνυμίας* libro inter omnes satis constet. Primum enim laudatur Apollonius compluribus locis:

XII 2 p. 577, 22—578, 7; 13 p. 584, 20; XIII 27 p. 18, 13. Deinde Matthias tantum [4]) numerum locorum Prisciani et Apollonii inter se congruentium contulit [5]), ut dubitare non possimus quin Priscianus omnes res ex Apollonii *ἀντωνυμικῷ* delibaverit uno loco excepto XIII 29 p. 19, 19—20, 30, quo *quis* pronomen interrogativum tractat. Qua in

---

[1]) Cf. part. II cap. I § 3.

[2]) Cf. p. 18 adn. 1.

[3]) Cf. Matthiam p. 612.

[4]) Quos cum propter multitudinem atque amplitudinem exscribere non possim, in indice posui.

[5]) L. c. p. 603/04.

parte cum omnia sint Apollonianae doctrinae nec tamen inveniantur permulta in Apollonii ἀντωνυμικῷ. Matthias suo iure suspicatus est Priscianum hoc loco inspexisse Apollonii περὶ τοῦ τίς [1]) libellum. Nam unde has res, quae ad Apollonium spectant, sumpsisse eum putemus nisi ex Apollonio ipso? [2])

g) De libris XIV—XVIII.

Iam me converto ad librum XIV, qui est de praepositione. Hoc quoque in libro nominatur Apollonius 1 p. 24, 7 nec paucis ex locis scholiorum aliorumque Apollonii scriptorum Priscianum „illius doctissimi viri" librum, qui erat inscriptus περὶ προθέσεως, per magnam partem libri XIV secutum esse Matthias conclusit. Quibus hos addo:

*6 p. 27, 6 sqq. ∾ Ap. συντ. IV c. 10 p. 442, 8 sqq.
*9 p. 28, 19 sqq. ∾ schol. 93, 10 et 14.
*16 p. 33, 26 ∾ „ 270, 30
*18 p. 34, 23 = „ 356, 13
*20 p. 35, 14 sqq. = Ap. συντ. I 89 p. 76, 4 sqq.
*47 p. 51, 2 sqq. = l. II p. 49, 17 [3]).

Librum XV, qui est de adverbio, maxima ex parte translatum esse ex Apollonii περὶ ἐπιρρημάτων libro cum satis ostenderit Matthias, affero in indice locos ab eo comparatos iis adiectis, quos ipse inveni.

In libro XVI, qui est de coniunctione, laudatur ille Alexandrinus 4 p. 95, 13. Atque eius συνδεσμικὸν praesto fuisse Prisciano multis Matthias argumentis confirmavit, quare locos ab eo et a me comparatos in indice collocasse satis habeo.

Libri XVII et XVIII, qui sunt de constructione, ad verbum fere [4]) translati sunt ex Apollonii περὶ συντάξεως libris IV. Ac respondet Alexandrini libris I, II, III cap. 47 Prisciani

---

[1]) Apollonium περὶ τοῦ τίς scripsisse Suidas docet s. v. Ἀπολλώνιος.

[2]) Rem ita sese habere eo facilius mihi persuasi, quod Priscianus in aliis quoque libris Apollonii de singulis orationis partibus scriptiones adhibuit. Cf. part. II.

[3]) Cf. § 1 a.

[4]) Qua de re in parte II uberius mihi est disserendum.

liber XVII, libro III[1]) cap. 54 -189 liber XVIII § 1 -156 id est pag. 210, 1 -278, 6. Quae his de libris Apollonii hausta esse Matthias vel ego demonstravimus in indice posui.

Ac de Apollonio satis dixisse mihi videor; sequitur ut verba faciam

§ 2. De Herodiano.

Hunc cum persaepe[2]) una cum Apollonio tum solum laudat in libro II 3:

p. 45, 6[3]) *Herodianus tamen de orthographia ostendit rationabilius esse sonoriusque quantum ad ipsam vocis prolationem in compositis quoque simplicium regulam in ordinandis syllabarum litteris servare.*

lib. VI[4]) 13 p. 205, 7 sqq. *Herodianus gummi quoque et piperi barbara dicit esse.*

Eadem Choeroboscum ex libro Herodiani, qui erat inscriptus *περὶ κλίσεως*, delibavisse Lentzius iam perspexit tom. II p. 766, 38 = Choer. 343, 21 (Gr. Gr. IV 1) *τὸ δὲ πέπερι καὶ τὸ σίνηπι . . . καὶ τὸ κόμμι καὶ τὸ κιννάβαρι . . . οὐκ ἔστιν Ἑλληνικὰ ἀλλὰ βάρβαρα.*

VI 60 p. 244, 10 *Μένδης*[5]) *Μένδητος nomen est urbis Aegyptiae, cuius mentionem Pindarus facit* . . . 15 *nec mirum duplicem declinationem habere haec (in ης desinentia) apud Latinos, cum apud Graecos quoque inveniuntur huiuscemodi*

---

[1]) Librum IV non transsсripsit sed a p. 278, 7 nihil nisi Atticismos protulit. Cf. § 3 d.

[2]) Praef. 4 p. 2, 21; l. II 30 p. 61, 9 sqq.; VI 11 p. 195, 8 etc.

[3]) Errare mihi videtur Matthias putans Herodianum significari in l. II 11 p. 51, 4 *In x nulla terminat (syllaba) in media dictione nisi in compositis a praepositione ex, quae integra manere potest sequente c̄ vel p̄ vel q̄ vel s̄, ut quibusdam placet, vel t̄, ut excurro expello, exquiro, exsicco, exsequor — sic enim placet iis, qui de orthographia scripserunt.* Nam omnia, quae affert, Latinam ad artem spectant, imprimis q̄.

[4]) Qui est de nominativo et genetivo casu!

[5]) Quamquam quae antecedunt Capro vindico (cf. B § 1 a), tamen hoc refero ad Herodianum, qui plerumque explicat vocabula a se prolata ut paulo post: *Γύγης*, nomen gigantis, *Κόμης*, proprium. Cf. Herod. II 681, 34 = Choer. p. 162, 15 (Gr. Gr. IV 1) *καὶ πάλιν* ⟨Pind. fragm. 201 B[4]⟩: *Αἰγυπτίαν Μένδητα* (*ἔστι δὲ ὄνομα πόλεως Αἰγύπτου*) . . .

ancipitem habentia declinationem teste Herodiano: Γύγης, nomen gigantis, Γύγου et Γύγητος, Κόμης proprium Κόμου et Κόμητος, μύκης μύκου et *μύκητος, Μύνης Μύνου* et *Μύνητος, Ποδῆς Ποδοῦ Ποδῆτος, Μέγης Μέγου* et *Μέγητος, Πύδης Πύδου et Πύδητος; similiter Thales, Apelles, Menes, Ageles, Calles, . varie declinantur* [1]).

Quibus addo

*245, 5 [*Virgilius . . . protulit Dareta et Daren illos secutus*], *qui Ποδῆτα et Ποδῆν* [2]), *Μέγητα et Μέγην* [3]) *protulerunt*, cum eodem pertineant, quo cetera Herodiano teste allata, et

62 p. 246, 12 . . . *huiuscemodi enim nomina Parthica etiam Graeci ancipiti terminant genetivo: modo ου modo ους: Τιγράνης Τιγράνου καὶ* (!) *Τιγράνους vel Τιγράνεος*, quae ad Graecum spectant auctorem.

92 p. 276, 4 . . . *in quo Dores sequimur, qui pro Φυλεὺς Φύλης, pro Ὀρφεὺς Ὄρφης et Ὄρφην dicunt, pro Τυδεὺς Τύδης, sic Antimachus in I Thebaidos: Τύδης τ' Οἰνείδης*
et vocativum in ē productam Τὸν καὶ φωνήσας προσέφης. Οἰνῆϊε Τύδη . . .

teste Herodiano, qui posuit hoc in I catholicorum; similiter Ibycus ὀνομακλυτὸν Ὄρφην dixit . . . 277, 18 econtra tamen in quibusdam es productam terminantibus fecerunt Graeci poetae eus pro es proferentes: Ἀντιφατεὺς pro Ἀντιφάτης, Γηρυονεὺς Γηρυόνης, Ἄρευς pro Ἄρης, ut Sappho

Ὁ δ' Ἄρευς φαῖσί κεν Ἄφαιστον ἄγην βίᾳ.

Herod. II p. 639, 35 (apud Eustathium) *ἔστι δὴ καὶ Ἄρευς εὐθεῖα, ἥτις παρ' Ὁμήρῳ οὐκ ἔστι, παρὰ δὲ Ἀλκαίῳ εὑρέθη, οὗ καὶ χρῆσιν προαγαγὼν λέγοι καὶ ὅτι βεβαρυτόνηται μόνον ἐκ πάντων τῶν εἰς εὺς ὡς Αἰολικόν.*

Ac quoniam saepius nominatur Herodianus, Froehdius [4])

---

[1]) Quae Lentzius posuit II p. 639; sed dubitari non potest quin Priscianus eundem excerpserit locum quem Choeroboscus p. 157, 29 = Lentz. II p. 678, 25 sqq.

[2]) Spectat ad Hom. P 590: *Ἐσθλὸν ἐνὶ προμάχοισι, Ποδῆν υἱὸν Ἠετίωνος.*

[3]) Hom. O 302 *Μέγην τ' ἀτάλαντον Ἄρηϊ* (Choer. p. 158, 16 Gr. Gr. IV 1).

[4]) Annal. class. 151 (1895) p. 279 sqq. „die griechischen und römischen Quellen der Institutiones des Priscianus".

suspicatus est Priscianum aliis quoque locis librorum VI et VII illius scriptis esse usum. Nec desunt, quae in libris IV et V ad *Apollonii filium*[1]) referenda esse videantur. Sed priusquam, quae ex Herodiano sint delibata, exponam, dicendum mihi videtur esse, qua ratione in hac re perquirenda usus sim. Affert enim Priscianus permulta in libris V, VI, VII, quae iam alii grammatici Latini ante eum tractaverunt. Quare comparavi illos tres libros cum artibus Probi, Charisii, Diomedis scriptisque Herodiani vel iis, quae Lentzius Herodiano tribuit[2]), atque ea tantum, quae apud Latinos non inveni vel quae quidem ab iis commemorata similiora tamen Herodiani verbis cognovi, ad hunc *doctissimum virum* rettuli. Qua in re exempla[3]) quam maxime sunt respicienda. His expositis affero Herodianea:

*lib. IV 34 p. 137, 1 . . . *alternitatis causa, quam Graeci ἐπαλληλότητα vocant [pando pandus dicimus, ne, si pandidus dicimus, male sonet alterna d̄ in utraque continua syllaba], quod in multis solent tam Graeci [quam nos] evitare: non dicunt illi Χαρύβδιδος sed Χαρύβδεως.*

Herod. II p. 699, 3 = Choer. 195, 19 (Gr. Gr. IV 1) *εἰσὶ δὲ ταῦτα: Χάρυβδις Χαρύβδεως, Σάρδις Σάρδεως· ταῦτα γὰρ οὐκ ἐκλίθησαν διὰ τοῦ δος διὰ τὴν κακοφωνίαν* (Priscianus *ne . . . male sonet*), *εὑρίσκετο γὰρ ἀλλεπάλληλον τοῦ δ.*

V 12 p. 148, 13 *Inveniuntur apud comicos feminarum propria, quae in hanc terminationem* (um) *diminutionis sive adulationis amatoriae causa proferuntur: Glycerium, Philotium, Dorcium, Sophronium, Abrotonum, quae quamvis articulos habent femininos, declinationem et formam tam apud Latinos quam apud Graecos servant neutrorum.*

His similia quamquam a Charisio[4]) allata sunt, tamen illa Herodiano tribuo. Primum enim ea translata esse ex Graeco

[1]) Praef. 4 p. 2, 21 *Herodiani . . . et eius patris Apollonii*; l. XVI 4 p. 95, 13 *Apollonius, pater Herodiani.*

[2]) De Byzantinorum excerptis idem mihi dicendum quod de scholiis; cf. § 1 a p. 4 et p. 28 adn. 1.

[3]) Quae Latinis comprobat exemplis ad Caprum (cf. B. § 1), quae Graecis, ad Herodianum referenda esse verisimillimum est.

[4]) Gr. Lat. I p. 104, 1.

auctore vocabulo *articulorum* demonstratur; deinde eadem fere verba eademque exempla Graece scripta protulit

VI 24 p. 215, 18 *inveniuntur tamen apud comicos multa huiuscemodi neutrorum formam habentia mulierum nomina, quibus articulos feminini generis necessario significationis gratia praeponere solent, ut: ἡ Δόρκιον haec Dorcium, ἡ Γλυκέριον haec Glycerium, ἡ Χρύσιον haec Chrysium, ἡ Ἀβρότονον haec Abrotonum, ἡ Λεόντιον haec Leontium. hoc autem solet fieri adulationis causa sive diminutionis aetatis.*

Quae congruunt cum iis, quae protulit

Herod. II p. 759, 19 = Choer. p. 316, 13 sqq. (Gr. Gr. IV 1) *Εἰς ον διὰ τοῦτο οὐχ εὑρίσκεται θηλυκά, ἐὰν δὲ ἄρα καὶ εὕρωμεν, ἐπὶ οὐδετέρου γένους ἐστὶ μετενεχθέντα ἅτινα καὶ τόνον καὶ κλίσιν τοῦ οὐδετέρου φυλάττει, μόνον δὲ τὸ ἄρθρον ἐναλλάττει: ἡ Ἀβρότονον, ἡ Λεόντιον, ἡ Χρύσιον, ἡ Φάνιον.*

VI 23 p. 214, 17 [*nihil per apocopen ab eo, quod est nihilum, prolatum est*], *sicut etiam apud Graecos κρῖ et δῶ et κυκεῶ pro κριθὴν et δῶμα et κυκεῶνα.*

Herod. II p. 215, 16 (Arcad. 124, 17 sqq.). *τὸ δῶ ἀπὸ τοῦ δῶμα . . . καὶ κρῖ* . . . p. 216, 20 (= Io. Alex. 12, 19): *κυκεῶ.* Quae Lentzius rettulit ad librum Herodiani, qui est *περὶ παθῶν.*

*VI 26 Pr. p. 217, 1 . . . *quod Graeci quoque in multis fecere, qui saepe . genetivo et aliis casibus pro nominativo sunt usi: ὁ μάρτυς μάρτυρος, ὁ μάρτυρος, ὁ ἰκτὶς τοῦ ἰκτῖνος ὁ ἰκτῖνος.*

*VI 28 p. 219, 7 *Omnia in* in *desinentia etiam in* is *finiuntur: Arin . Aris, delphin . delphis, Eleusin . Eleusis, Trachin. Trachis, et notandum, quod auctores Graecorum in* is *magis terminatione sunt usi* . . .

Herod. *περὶ καθ. προσ.* I p. 17, 15 *τὰ εἰς ιν δικατάληκτα ἁπλᾶ μὲν ὀξύνεται δελφὶν καὶ δελφὶς, Τελχὶν καὶ Τελχὶς . . . Σαλαμὶν καὶ Σαλαμὶς, Ἐλευσὶν καὶ Ἐλευσίς.*

Herod. II p. 627, 43 (= Choer. 267, 22 Gr. Gr. IV 1): *δικατάληκτα δὲ καλοῦνται, ὅτι παρὰ μὲν τοῖς ἀρχαίοις εἰς ις λήγουσιν οἷον δελφίς, Τελχίς, Σαλαμίς, παρὰ δὲ τοῖς νεωτέροις εἰς ν̄ οἷον δελφίν, Τελχίν, Σαλαμίν . . . πλατυτέρα δέ ἐστιν ἡ εἰς σ̄ λήγουσα κατάληξις, σπανιωτέρα δὲ εἰς ν̄.*

VI 30 p. 221, 13 sqq. Qui locus quamquam fluxit e Capro [1]), tamen dilatatus est ex Herodiano, cui tribuo haec: 221, 17 *Damēn, nomen proprium historici Graeci, Damenis, similiter Seben, nomen herois, socii Ulixis, qui habitavit Temesae, Sebenis, Hymen Hymenis . . .*[2]);

Herod. p. 718, 12 (Choer. 263, 27 Gr. Gr. IV 1) *Τὰ εἰς ην λήγοντα . . . ἢ καὶ ἀρσενικὰ καὶ θηλυκὰ προσθέσει τοῦ ος ποιοῦσι τὴν γενικὴν καὶ τὸ η φυλάττουσιν . . . σπλὴν σπληνὸς . . . ῥὴν ῥηνὸς . . .* 718, 28: *μόνον τὸ Δάμην ἐφύλαξε τὸ η, Δαμῆνος γὰρ ἐπιγράφεται Ἀργολικὰ . . .* 41 *Σέβην Σέβηνος· ἔστι δὲ ὄνομα ἥρωος.*

Herod. *π. καθ. προς.* I p. 17, 6 *Δαμὴν . . . ἐστι δὲ Ἀργολικὸς συγγραφεύς.*

*VI 43 p. 232, 11 [3]) *apud Graecos quoque inveniuntur feminina a masculinis derivata non eiusdem significationis: ἄκων ἄκαινα non similem habet significationem sicut δράκων δράκαινα, λέων λέαινα, regulam tamen eandem servant.*

Herod. p. II p. 733, 10 *τὸ δὲ ἄκων . . . ἔχει θηλυκὸν ἄκαινα: ὡσαύτως καὶ τὸ δράκων . . . ἔχον θηλυκὸν διὰ τοῦ αινα οἷον Δράκαινα . . .* 18 *Λάκαινα . . .* 27 *λέαινα.*

*VI 94 p. 234, 6 *Hiber Hiberis facit, et apud Graecos Ἴβηρ Ἴβηρος, nam alterum Ἴβηρος Ἰβήρου dicunt.*

Quo loco parum accurate exscripsit Herodiani locum I p. 48, 7 (*π. καθ. προσ.*) *Τὰ εἰς ηρ ἐθνικὰ ἢ κύρια βάρβαρα βαρύνονται Ἴβηρος ὁ ποταμὸς καὶ τὸ ἐθνικὸν ὁμοφώνως . . .* p. 196, 22 *Ἴβηρ ἀπὸ τῆς γενικῆς Ἴβηρος παραχθὲν . . .*

Nusquam legimus aliquid interesse inter *Ἴβηρον* et *Ἴβηρα* nec legere possumus, cum nihil intersit [4]).

54 p. 239, 22 [*Vergilius . . . o Palla protulit*], *in hoc*

[1]) Cf. B. § 1 a *γ*.

[2]) Cf. Hertzii adnotationes.

[3]) Quo cum loco conferas velim quae dicit l. V 10 p. 146, 13 et VI 17 p. 209, 6 (B. § 1, b, *α*). Iam cognosces illis locis e Capro delibatis Latine esse scripta exempla atque eandem rem aliter tractatam.

[4]) Latinos disiungere: Hiber Hiberi, Hiber Hiberis, Hiberus Hiberi Caprum secutus exponit VII 12 p. 294, 19 sqq.

quoque Graecorum poetas secutus. Homerus in M ῥαψῳδίᾳ (μ 231) (= VII 54 p. 331, 6) Πουλυδάμα, σὺ μὲν οὐκέτι μοι φίλα ταῦτ' ἀγορεύεις — *Πουλυδάμα dixit pro Πουλυδάμαν. Menander quoque in Dardano:* Δρία παῖ, δειπνοποιεῖσθαι τί δεῖ;
παῖ Δρία *dixit pro* Δρίαν.

Herod. II p. 659, 11 sqq. (Choer. 131, 15 Gr. Gr. IV 1) ἔτι δεῖ προσθεῖναι καὶ χωρὶς τῶν εἰς ας ὑπὲρ δύο συλλαβὰς βαρυτόνων παρὰ τὸ δάμνω συντεθειμένων Πουλυδάμας Πουλυδάμαντος Πουλυδάμα. Πουλυδάμα, σὺ μὲν οὐκέτ' ἐμοὶ φίλα ταῦτ' ἀγορεύεις [1]).

*67 p. 252, 3 *In* is *desinentia Graeca, si in genetivo Graeco consonantem habuerint ante* ος, [*o in i mutant et faciunt Latinum geneticum*] Σιμόεις Σιμόεντος, Ἄδωνις Ἀδώνιδος *Adonis Adonidis*, Εὔπολις Εὐπόλιδος, Δορίς Δορίδος, Θέτις Θέτιδος . . . Εὔχαρις Εὐχάριδος, Ἐπίχαρις Ἐπιχάριδος. *sin in* ος *puram* (!) *Graecus desinat genetivus* [*similis erit nominativo apud Latinos*] Ἄδωνις Ἀδώνιος . . . Νεάπολις Νεαπόλεως . . . *sin apud Graecos in* εις *terminant*, ut *habent in genetivo:* Σιμόεις Σιμόεντος . . .

Herod. II p. 698, 37 (Choer. 194, 38) τὰ εἰς ις κύρια μετὰ οἱουδήποτε συμφώνου διὰ τοῦ δος κλίνεται . . . Πάρις Πάριδος Ἄδωνις Ἀδώνιδος . . . 699, 28 (= Choer. 196, 23) Καλλίπολις, Ἀμφίπολις . . . 700, 7 (= Choer. 197, 9) φημὶ δὲ τὰ κλινόμενα διὰ καθαροῦ (!) τοῦ ος οἷον Πάριδος Πάριος, Θέτιδος Θέτιος, Ἀδώνιδος Ἀδώνιος . . .

*69 p. 253, 20 *Aeoles et Dores* βῶς *dicunt pro* βοῦς ου *in* ω *vertentes*.

Herod. II 713, 12 (= Choer. 248, 16) τὸ γὰρ βοῦς βῶς λέγουσιν αἱ διάλεκτοι (cf. I p. 403, 19 in catholicis; π. παθῶν II 366, 21).

*70 p. 254, 16 sqq. *Graeca* (*in* ως) *genetivum Graecum sequuntur* ος *finali in* is *conversa:* Χρυσέρως Χρυσέρωτος . . . ἥρως ἥρωος . . . Μίνως Μίνωος . . . 255, 4. *Syracusii* ἥρων *pro* ἥρως *dicunt; sic Sophron* παρ' ἡρώεσσι *pro* ἥρωσι *dixit*.

[1]) Unde Choeroboscum non omnia Herodiani verba exscripsisse cognoscere possumus.

Herod. II p. 713, 19 (= Choer. 249, 33) . . . τῶν εἰς ως βαρυτόνων τὰ μὲν· βραχείᾳ παραληγόμενα διὰ τοῦ τος κλίνεται οἷον γέλως γέλωτος . . . 713, 28 τὰ δὲ μακρᾷ παραληγόμενα διὰ καθαροῦ τοῦ ος κλίνεται οἷον Μίνως Μίνωος, ἥρως ἥρωος . . . 714, 7 Χρυσέρως Χρυσέρωτος.

*81 p. 265, 4 sqq. *masculinum unum a Graecis sumptum* μῦς . . .; *grus et sus . . . in nominativo producuntur, in obliquis vero corripiuntur, quod apud Graecos quoque* σῦς *productum in nominativo reliquos casus corripit.*

Herod. II p. 736, 33 (Choer. 231, 13) . . . τὰ εἰς υς μονοσύλλαβα περισπῶνται καὶ . . . συστέλλουσι τὸ υ ἐν τῇ γενικῇ καὶ ἐν ταῖς ἑξῆς πτώσεσιν οἷον μῦς μυός, σῦς συός.

*93 p. 278, 10 *Apud illos (Graecos), si in x desinentia nomina habeant verba cum g, nominum quoque genetivus per g declinatur:* λέγω Λέλεξ[1]) Λέλεγος.

Herod. II 643, 25 (Eustath. 1922, 8). ὥσπερ σπάνια τὰ εἰς εξ: κρέξ . . . Λέλεξ τὸ διὰ τοῦ γ κλιθέν.

*94 p. 280, 3 sqq. *Graeca enim eiusdem terminationis (x) illam servant in genetivo ante* is *consonantem, quam in Graeca declinatione ante* ος *habuerunt* Φαίαξ Φαίακος . . . Σφίγξ Σφιγγός, . . . ὄνυξ ὄνυχος.

Herod. II p. 738, 10 (= Choer. 286, 3). καὶ τὰ μὲν εἰς ξ . . . ἐκφέρονται διὰ τοῦ γ ἢ κ ἢ χ οἷον . . . ὄνυξ ὄνυχος Choer. 287, 16 Φαίαξ, Φαίακος 758, 29 (Choer. 320, 2) τὰ εἰς ξ λήγοντα εἰ μὲν ἔχουσι πρὸ τοῦ ξ τὸ γ, διὰ τοῦ γ κλίνονται . . . Σφίγξ, Σφιγγός . . .

VII 7 p. 289, 5[2]) *nec mirum, cum Graecorum quoque poetae similiter inveniantur protulisse vocativos in supra dicta terminatione* (ης): Ἀνακρέων: Ἥλιε καλλιλαμπέτη *posuit pro* καλλιλαμπέτα. Ἱππῶναξ: Εὐηθες κριτή *pro* κριτά *et Apollonius Argonauticorum in* III: Αἰήτη, κείνην μὲν ἄφαρ διέχευαν ἄελλαι — *pro* Αἰήτα; *in eodem:*

Αἰήτη, σχέω μοι τῷδε στόλῳ, οὔτι γὰρ αὔτως.

Alcaeus Νήρη *pro* Νήρης *posuit et Theopompus* Χάρη *pro* Χάρης.

[1]) Cf. VII 42 p. 322, 19.

[2]) Cf. Lentz. p. 69, 33.

*18 p. 302, 3 *et Graeci Λαέρτιος pro Λαέρτης (dicebant): Sophocles in Aiante mastigophoro* (v. 1.) *Ἀεὶ μέν, ὦ παῖ Λαρτίου, δέδορκά σε.*

*32 p. 313, 25 (= 234, 16) *abaddir ὁ βαίτυλος, lapis, quem pro Iove devoravit Saturnus.*

Herod. *π. καθ. προς.* I 163, 17 *βαίτυλος, ὁ λίθος, ὃν ὁ Κρόνος κατέπιεν.*

*43 p. 322, 28 *Oportet autem scire, quod Graeci ī et ȳ ante x brevem esse volunt, etiamsi in obliquis producuntur, ut: Φοίνιξ Φοίνικος, βόμβυξ βόμβυκος; ā vero secundum genetivum etiam in nominativo produci vel corripi potest: κόλαξ κόλακος . . . Φαίαξ Φαίακος . . .*

Herod. *π. καθ. προς.* I p. 524, 6 *τὰ εἰς αξ λήγοντα καὶ ἐκτείνει τὸ α καὶ συστέλλει· ὅσα μὲν δισύλλαβα ὄντα ἔχει πρὸ τέλους μὴ φύσει μακράν, ἀλλ' ἢ βραχεῖαν ἢ θέσει μακράν, ἀδιάφορον ἔχει τὸν χρόνον τοῦ α: κόλαξ . . .* 14 *ὅσα ἔχει τὴν πρὸ τέλους φύσει μακράν, ἀρσενικὰ ὄντα καὶ τὸ α θέλει ἔχειν ἐκτεταμένον: Φαίαξ . . .* 33 *τὰ εἰς ιξ λήγοντα ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν πάντα συστέλλει τὸ ι· ἐπὶ μέντοι γενικῇ, πῇ μὲν φυλάττει τὸ ι συνεσταλμένον, πῇ δὲ ἐκτείνει . . . Φοῖνιξ . . .* 525, 10 *εἰ μὲν διὰ τοῦ κ ἡ κλίσις ὑπάρχοι, πῇ μὲν φυλάττει τὸ υ συνεσταλμένον, πῇ δὲ ἐκτείνει . . . ἐκτεταμένως δὲ βόμβυξ βόμβυκος.*

Uno loco an inspexerit Herodianum valde dubito nec certi aliquid statuere audeo.

VI 88 p. 272, 11 (*Panthus enim et Eunus et Antinus, quae per synaeresin in ους dipthongum apud Graecos proferuntur*) *cum apud illos secundum integrorum regulam declinantur — id est in ου desinentium: in ου enim dipthongum terminant genetivum — (apud nos quoque debent secundae esse declinationis, sicuti si integra eorum inveniantur, necesse est ea declinare). Πάνθοος Πανθόου, Πάνθους Πάνθου.* (*et nos ergo Panthous Panthoi, Panthus Panthi . . .*).

Quamquam quae uncis inclusi ad Caprum refero, tamen cetera magis Graecum auctorem indicare mihi videntur [1]).

[1]) Saepius Priscianus uno loco et Herodianum et Caprum inspexit. Cf. part. II.

§ 3. De ceteris Graecis auctoribus.

Quoniam disserui de iis auctoribus, quos praeter ceteros sequi animum induxerat Priscianus, nunc, quae ex aliis Graecis auctoribus sint sumpta, exponam:

a) de Didymo Claudio.

Iam accedo ad Didymum Claudium, cuius librum, qui inscriptus erat περὶ τῆς παρὰ Ῥωμαίοις ἀναλογίας [1]), adhibuit Priscianus [2]) in libro VIII 93 p. 442, 18—448, 9, unde Graeca affero:

442, 18 *Coniugatio est consequens verborum declinatio, cuius regula apud Graecos quidem tam consonantibus quam vocalibus comprehenditur. consonantibus quidem in his verbis, quae* βαρύτονα *appellant, id est ante finem habentia accentum, vocalibus vero in circumflexis. sunt igitur coniugationes . . . apud Graecos decem. coniugatio autem nominatur vel propter coniugatas consonantes, hoc est cognatas, ex quibus pleraeque apud Graecos coniugationes regulam sumunt, vel quod una eademque ratione declinationis plurima coniugantur verba, quod magis ad Latinorum nominationem aptius est.*

445, 13 *Sciendum tamen, quod videmur in praeterito perfecto plerumque barytona quoque Graecorum imitari in commutatione consonantium teste Didymo, qui ostendens omnia, quae habent in arte Graeci, habere etiam Latinos, exemplis hoc approbat.*

Nam cum primam coniugationem dicunt βαρυτόνων, *quae tres cognatas habet consonantes, id est* β π φ, . . . *et in omnibus huius coniugationis verbis per* ψ *declinant* ἀόριστον, *hoc est praeteritum infinitum spatio temporis, utrum paulo ante an multo post sit perfectum, ut* κρύβω ἔκρυψα [3]), λείπω ἔλειψα, ἀλείφω ἤλειψα, *nos quoque in praeterito perfecto, quod pro* παρακειμένου, *id est paulo*

---

[1]) Quem Mauricius Schmidt in *Didymi Chalcenteri grammatici Alexandrini fragmentis* Lips. 1854 tribuit Didymo Chalcentero, Leop. Cohn: Pauly-Wissowa, R. E. V p. 473 Didymo Claudio. Hoc loco Didymum Chalcenterum significatum esse non posse, cum p. 445, 23 Probus Berytius laudetur, Ieepius ostendit Philol. XXI p. 42.

[2]) Cf. Matthiam p. 599 sqq.

[3]) Quem ad locum iisdem exemplis allatis respicit in libro X p. 507, 19—25.

ante perfecto et pro ἀορίστου teste Probo (Berytio) *habemus — nam amavi πεφίληκα καὶ ἐφίλησα significat, similiter feci: πεποίηκα καὶ ἐποίησα, vidi: ἑώρακα καὶ εἶδον — cum in praesenti in bo vel po desinat verbum, plerumque in ps facimus praeteritum perfectum in tertia coniugatione, ut scribo scripsi . . . nam pro ψ Graeca duplici in principio syllabarum posita Romani ps solent scribere . . .*

446, 7 *In secunda autem coniugatione βαρυτόνων Graeci, quae γ vel κ vel χ habet, per ξ efferunt praeteritum infinitum, ut λέγω ἔλεξα, λήγω ἔληξα, εἴκω εἶξα, ἄγχω ἦγξα . . . nos quoque . . . idem facimus . . . ut rego rexi . . . nam in pho, cho, tho nullum terminat Latinum verbum. itaque triumpho Graecum est ἀπὸ τοῦ θριαμβεύω; sed translatio fuit aspirationis a prima ad postremam syllabam, quomodo κύθρα χύτρα, quod est Ionicum, ἐνθαῦτα pro ἐνταῦθα, ad cuius imitationem Latini pro θρίαμβος triumphus per transmutationem aspirationis protulerunt . . .*

446, 18 *Tertiam quoque illorum imitamur coniugationem, quam per δ, τ, θ efferunt, ut ᾄδω ᾖσα, ἀνύτω ἤνυσα, πλήθω ἔπλησα, nos ardeo arsi . . . Ad quartae quoque imitationem, quae per ζ vel duplicatam σ profertur et praeteritum per σ facit, ut φράζω ἔφρασα, πλάσσω ἔπλασα, nos pitisso, pitissavi . . .*

Quinta per liquidas apud illos profertur easque servat in omni praeterito, ut τίλλω ἔτιλα, νέμω ἔνειμα, τείνω ἔτεινα, σπείρω, ἔσπειρα. nos quoque in plerisque servamus liquidas . . .

Sextam dicunt, quae per ω puram effertur, ut ἱππεύω, πλέω, βασιλεύω, qualia sunt apud nos omnia secundae et quartae coniugationis verba . . .

Reliqua propediem in
commentationum quae inscriptae sunt
Breslauer Philologische Abhandlungen
fasciculo 44
edentur.

Vita.

Natus sum Alfredus Luscher a. d. VI. Non. Mart. anni 1886 Neurodae patre Antonio, qui sextum iam annum mortuus est, matre Maria e gente Wittwer, quam superstitem esse valde gaudeo. Fidei addictus sum catholicae.

Tirocinio in schola elementaria peracto in gymnasium Glacense receptus maturitatis testimonium accepi anno 1906.

Vere anni 1907 ad Universitatem litterarum Vratislaviensem me contuli, ut studiis philologicis et philosophicis operam impertirem. Docuerunt me viri doctissimi: *Baumgartner*, *Cichorius*, *Foerster*, *Gercke*, *Hoenigswald*, *Hoffmann*, *Kabitz*, *Kampers*, *Kuehnemann*, *Preuss*, *Skutsch*, *Stern*, *Wendland*.

Proseminarii et seminarii philologici sodalis fui per terna semestria moderantibus Foerstero, Gerckio, Skutschio, Wendlando. Ad exercitationes seminarii philosophici benigne me admiserunt: Baumgartner, Hoenigswald, Kuehnemann, psychologici Stern, archaeologici Foerster, historici Cichorius.

Quibus viris doctissimis gratiam habeo quam maximam semperque habebo, imprimis Foerstero, qui me in hoc opere perficiendo benigno consilio adiuvare non cessavit.

Typis Maretzke et Maertin, Trebniciae Sil.